

sentimus. Ut in confessione verae sempiternaeque Deitatis, et in personis proprietates et in essentia unitas, et in maiestate adoretur aequalitas. Quam laudant Angeli atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie una voce dicentes: Sanctus.

Communio

Ecce, Virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius Emmmanuel. (Is 7:14)

1. Caeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum eius annuntiat firmamentum.

2. Dies dei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam.

3. Non sunt loquela neque sermones, quorum non intelligantur voces.

4. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum.

Postcommunio

Sumptis muneribus, quaesumus, Domine: ut, cum frequentatione mysterii, crescat nostrae salutis effectus.

išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būty šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubinai ir Serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovininti, vienu balsu tardami: Šventas.

KOMUNIJA

Štai mergelė pradės ir pagimdys sūnų, ir jis bus vadinamas vardu Emanuelis. (Iz 7:14)

1. Dangūs apskatinėja Dievo garbę, dangaus skliautas skelbia jo rankų darbą.

2. Apie tai diena dienai pasakoja ir naktis nakčiai duoda žinią.

3. Be jokio kalbėjimo ir be jokių žodžių, – negirdėti jų balso.

4. Betgi jų žinia skamba visoje žemėje, jų žodžiai girdėti iki pat pasaulio pakraščių.

POSTKOMUNIJA

Pasisotinę dovanomis, prašome, Viešpatie, kad mums mums dažnai dalyvaujant šiose paslapyse, gausėtų mūsų išganymo vaisiai.



Proprium Missae DOMINICA IV ADVENTUS IV ADVENTO SEKMADIENIS



Introitus

Rorate, coeli, desuper, et nubes pluant iustum: aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

Ps. Coeli enarrant gloriam Dei: et opera manuum eius annuntiat firmamentum. (Isa 45:8, Ps 18:2)

INTROITAS

Rasokite, dangūs, iš aukštybių, ir debesys teišlyja teisųj; teatsiveria žemė ir sudaigina išganytoją.

Ps. Dangūs išpasakoja Viešpaties šlovę, o dangaus skliautas skelbia Jo rankų darbus. (Iz 45:8, Ps 18:2)

Collecta

Excita, quaesumus, Domine, potentiam tuam, et veni: et magna nobis virtute succurre; ut per auxilium gratiae tuae, quod nostra peccata praepediunt, indulgentiae tuae propitiatio accelleret.

KOLEKTA

Prašome, Viešpatie, sužadink savąją galybę ir ateik; ir didžia galia mums pagelbėk, kad Tavajai malonei padedant, Tavojo atpirkimo gailingumas pagreitintų tai, kam kliudo mūsų nuodėmės.

Epistola

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios (1 Cor 4:1-5)

Fratres: Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Mihi autem pro minimo est, ut a vobis iudicer aut ab humano die: sed neque me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me,

EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Korintiečiams (1 Kor 4:1-5)

Broliai, tegul žmonės laiko mus Kristaus tarnais ir Dievo slėpinių tvarkytojais. O iš tvarkytojų belieka reikalauti, kad būtų patikimi. Man mažai rūpi, ką jūs ar žmonių teismas spęstų apie mane. Nė aš pats savęs neteisio. Nors nesijaučiu kaltas, bet dėl to aš dar nesu išteisintas. Mano teisėjas yra Viešpats. Tad neteiskite ko nors

Dóminus est. Itaque nolíte ante tempus iudicáre, quoadúsque véniat Dóminus: qui et illuminábit abscóndita tenebrárum, et manifestábit consília córdium: et tunc laus erit unicuique a Deo.

Graduale

Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum: ómnibus, qui invocant eum in veritáte.

V. Laudem Dómini loquétur os meum: et benedícat omnis caro nomen sanctum eius. Allelúia, allelúia. (Ps 144:18)

Allelúia

Veni, Dómine, et noli tardáre: reláxa facínora plebis tuæ Israél. Allelúia. (Ps 144:21)

Evangelium

Sequéntia sancti Evangelii secundum Lucam (Luc 3:1-6)

Anno quintodécimo impérii Tibérii Caesaris, procuránte Póntio Piláto Iudaeam, tetrárcha autem Galilaeæ Heróde, Philíppo autem fratre eius tetrárcha Ituraeæ et Trachonítidis regionis, et Lysánia Abilínæ tetrárcha, sub princípibus sacerdotum Anna et Cáípha: factum est verbum Domini super Ioannem, Zacharíæ filium, in deserto. Et venit in omnem regiónem Iordánis, praedicans

prieš laiką, iki ateis Viešpats, kuris nušvies, kas tamsoje paslėpta, ir atskleis širdžių sumanymus. Tuomet kiekvienam teks pagyrimas iš Dievo.

GRADUALAS

Viešpats yra arti visų, kurie Jo šaukiasi; visų, kurie Jo šaukiasi tiesoje.

V. Mano burna bylos Viešpaties gyrių, ir visa, kas gyva, tešlovina Jo šventąjį vardą. Aleliuja, aleliuja. (Ps 144:18)

ALELIUJA

Ateik, Viešpatie, ir nevéluok; atleisk tavosios Izraelio tautos nusižengimus. Aleliuja. (Ps 79:2)

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Luką tęsinys (Lk 3:1-6)

Penkioliktasis ciesoriaus Tiberijaus viešpatavimo metais, Poncijui Pilotui valdant Judėją, Erodiui esant Galilėjos tetrarchu, jo broliui Pilypui – Iturėjos bei Trachonitidės krašto tetrarchu, Lisanijui – Abilėnės tetrarchu, prie vyriausiųjų kunigų Ano ir Kajafo, pasigirdo Viešpaties žodis Zacharijo sūnui Jonui dykumoje. Jis apėjo visą Pajordanę, skelbdamas atsivertimo krikštą nuodėmėms atleisti, kaip

baptísmum pæniténtiæ in remissionem peccatórum, sicut scriptum est in libro sermónum Isaíæ Prophétæ: Vox clamántis in deserto: Paráte viam Dómini: rectas fácite sémitas eius: omnis vallis implébitur: et omnis moris et collis humiliábitur: et erunt prava in dirécta, et áspera in vias planas: et vidébit omnis caro salutáre Dei.

Offertorium

Ave, María, gratia plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui. (Luc 1:28)

Secreta

Sacrificiis præsentibus, quaesumus, Dómine, placátus inténde: ut et devotióni nostræ proficiant et salúti.

Præfatio de ss. Trinitate

Vere dignum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus. Qui cum unigenito Filio tuo et Spiritu Sancto unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personae, sed in unius Trinitate substantiae. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto sine differentia discretionis

parašyta pranašo Izaijo kalbų knygoje: Tyruose šaukiančiojo balsas: Taisykite Viešpačiui kelią! Ištiesinkite jam takus! Kiekvienas slėnys tebūna užpiltas, kiekvienas kalnas bei kalnelis – nulygintas. Kreivi keliai taps tiesūs, duobėti – išlyginti. Ir visi žmonės išvys Dievo išgelbėjimą.

OFERTORIUMAS

Sveika, Marija, malonės pilnoji, Viešpats su tavimi; tu palaiminta tarp moterų, ir palaimintas tavųjų įsčių vaisius. (Lk 1:28)

SEKRETA

Prašome, Viešpatie, maloningai pažvelk į šias aukas, kad jos ir mūsų pamaldumui, ir išganymui pasitarnautų.

ŠVČ. TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad,